



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 109. Joannis Alvarez Toletani mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

gesimo secundo Senas ad sedandos tu- Sæcul. XVI.
 multus in hac republica concitatos a A. C. 1557.
 Pontifice fuit missus, ac postmodum
 Sacris Comitibus, in quibus Marcellus II.
 & Paulus IV. creabantur, interfuit,
 tandem vero Romæ sexaginta, & unum
 annos natus die decima tertia Mensis
 Augusti Romæ obiit, sepultusque fuit
 in Ecclesia D. Mariæ de Pace, ubi ejus
 monumentum Joachimus Bellajus se-
 pulcrali inscriptione honorabat.

§. CIX.

Joannis Alvarez Toletani mors.

Inter Cardinales hoc anno defunctos Ciacon. t. 3.
 quarto loco recensetur Joannes Al- p. 644.
 varefius Toletanus Ordinis Fratrum Aubery l. c.
 Prædicatorum, qui natione Hispanus
 ex nobilissima Toletanorum familia pa-
 rentibus Friderico Alvarez Albæ Duce,
 & Isabella Pimentella non minus pie-
 tate, quam genere claris natus est, post-
 eaque morum probitate, atque erudi-
 tionis excellentia inter sui Ordinis Alum-
 nos ingens sibi nomen comparabat, nec-
 non Philosophiæ, & Theologiæ eam
 operam navabat, ut a Carolo V. Cæ-
 sare, cui præclara hujus Viri merita
 satis perspecta erant, primo Corduben-
 sis, dein Burgenfis Episcopus, ac de-
 mum ad ejusdem Imperatoris preces a
 Paulo III. die vigesimo Decembris Anno
 supra

Sæcul. XVI. supra millesimum quingentesimo trigesimo octavo purpura decoraretur: cum autem postea Compostellanæ Ecclesiæ administrationem in se suscepisset, ideo Cardinalis S. Jacobi appellari voluit; antea enim vulgo Cardinalis Burgenfis nuncupabatur: postquam vero sexagesimum nonum ætatis suæ annum expleverat, hoc anno die decima quarta septembris obiit, sepultusque est primo in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, postea tamen Corpus ejus in Hispaniam translatum in Majorum suorum tumulo condebatur. Hic idem, ut in Hispaniæ Regno Sacræ Inquisitionis tribunal institueretur, maximam navabat operam, immotoque studio exurgentem hæresum pestem eliminare nitebatur. Referunt de eodem Scriptorum, quod tunc, cum inter sacri ordinis Prædicatorum religiosos viros viveret, a Superioribus ad aliam civitatem missus, iter illud nonnisi pedibus, pauperum religiosorum virorum instar conficere voluerit. Præsens pariter erat comitiis, in quibus renuntiati sunt Romani Pontifices Julius III. Marcellus II. & Paulus IV. sub quo e vita migravit.